Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift





leonibus subiici. Et statim ministri eius duxerunt eum in ciuitate penestrina. et peruenerunt amphiteatrum. et fecerunt spectaculum populo. ut ibi eum leonibus subiicerent. Qui cum dimissi fuissent. uenerunt ad sanctum agapitum. et cum omni mansuetudine humiliauerunt se ad pedes eius. Uidentes autem populi admirati sunt dicentes. Vere quia non est alius deus nisi quem agapitus seruus dei confitetur. Et cum hec populus dixisset. dixit eis agapitus. Credite mihi patres et fratres. ut saluentur anime uestre. quia hec omnia tuisti sunt de mundo que gerunt. Beati eritis si credideritis in christum. Nunc ministri diaboli tulerunt eum. et duxerunt eum ut duabus pennis mitterent. Et uenerunt contra ciuitatem ubi sunt duae columne. et genu posito in oratione ibi eum gladio percusserunt. et statim emisit spiritum sub die xv kl septembris. Tunc christiani peruenerunt et tulerunt corpus eius. et posuerunt eum a ciuitate miliario uno in magno in sarcophago nouo quod ibi inuenerunt dicentes. quia hunc dignum sibi martirem elegit. ut per ipsum benediceret deus. ubi erat religio paganorum. Et multi paganorum credidederunt in deum per famulum dei agapitum. et in dominum christum dominum nostrum. qui cum deo patre in trinitate viuit. per omnia secula seculorum. Amen.

Vicinior plaga in passione magnorum confessus fuit nomen filii dei. et omnia que a sancto magno episcopo atque mirabiliter gesta uel scripta esse noluerit studiose persequi. et sibi et plurimis ad edificationem erubi

bet fructum. sicut in euangelio dominus dicit. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. et inuenietis requiem animabus uestris. Et in alio loco. Beati mites. quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. Beati misericordes. quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati qui persecutionem patiuntur. propter iustitiam. quoniam ipsorum est regnum celorum. Ad uirtutum fructum exemplo sue conuersationis. pro operibus insistendo. dignus deo psual ab omni populo ope magnus et nomine uocatus est.

Genus et sepultura

Predictus Passio- gloriosus athleta christi eulalie. beatissimus magnus in apulie partibus uuncias parentibus ortus est. Cum parentes eius essent pagani et pauperes. ut nec victum haberent quotidianum. creuit cor filius magnus. Ceperunt autem parentes eius docere eum dicentes. Vade fili opus fac mercenarius. et pasce alienas oues. ut uel sic acquiramus victum nobis necessarium. Tunc contristari cepit bone iudolis puer. de penuria parentum suorum. Sed miseratione gratia diuina eadem hora eunte puero puteum. misit ad illum dominus angelum suum sanctum. Qui accurrens ei dixit. Quid te uideo sic plorare. Nam me cum presente in spiritus tecum loquentem misit deus. ut tibi consolationem praebeam. Nunc igitur tolle quod tibi dominus in tuis manibus sit. Et dedit ei aureum. Auri pondera x. Et dum accepis=